

der beschlossene Feldzug gegen Polen. Der Reichstag zu Mainz, wo der Kaiser seine beiden Söhne mit dem Schwerte umgürtete, wurde im Jahre 1184 abgehalten. Wie erwähnt, muß deshalb die Handlung 1183, die Beurkundung 1185 statt gefunden haben. Man nahm alle wichtigen Ereignisse, welche zwischen Handlung und Beurkundung sich ereigneten, in die Datirung, datirte aber theilweise nach der Handlung (mit Indiktion I) und theilweise nach der Beurkundung.

5

: In nomine sanctę et individue trinitatis. Martinus dei gratia Misnensis episcopus. | Sepenumero fit, ut de contractu, de conventionē sive de cuiuspiam rei compositione oriatur controversia, que non orietur vel orta facile sopiretur, | si actę rei testes vel litterarum haberentur monimenta. Quapropter, ut de verbo, in quo cum forensibus et colonis in Lybaniz convenimus, controversia non oriatur futuris temporibus, quo nos 10 ipsis, quo ipsi nobis teneantur promissionis debito, in presenti karta tam ad futurorum quam presentium noticiam conscribi fecimus. Forensibus itaque quam Hallenses, colonis quam illi de Burch habent, quia eam elegerunt, iusticiam concessimus statuētes, ut tam forenses quam coloni non amplius quam ter in anno coram advocato in iudicio stare cogantur, ubi vel de remissis verbis vel de inordinato gestu corporis sive de alia aliqua 15 minori indisciplina secundum debitam huic culpe iusticiam coerceantur. De maioribus autem excessibus, sicut de latrocinio, de furto, de sanguine effuso, de rapina et de alia his simili violentia sub regio banno respondere cogantur. Forensibus etiam a civitate sua susum et visum usque ad fluvium Lynaw libertatem pascuę concessimus, quam etiam libertatem et in mansis suis colonis, sicut nos rogaverunt, dedimus. Nulli etiam colonorum 20 mansum suum vel agrum militi aut, qui miles sit futurus, dare vel vendere liceat. Quod, si quis facere presumpserit, tam vendens quam emens manso privetur et eum episcopus in suam proprietatem trahat. De quolibet autem colonorum manso omnium, que in eo elaborata fuerint, recta decima tam in agris quam in altilibus, preterea scocciis, sed et in nocte nativitatē sanctę Marię virginis nobis et nostris successoribus duo dabuntur solidi, 25 qua quoque die de qualibet curia in foro vi nobis sunt solvendi denarii. Ne quis autem successorum nostrorum posthac, quod absit, temere temptet infirmare hoc, quod communicato familiarium nostrorum consilio, pro edificatione ecclesię nostrę non parvo nostro impendio fecimus, quippe qui pro hoc beneficium Hermannī ministerialis nostri pene ducentis marcis redemimus, hanc paginam conscribi subnotatisque testibus nostro sigillo 30 fecimus insigniri.

Testes autem hii sunt. Erborto prepositus de Worzin, eiusdem ecclesię canonici Burchardus, Gozmarus, Robertus. Matheus prior de Cella sanctę Marię. Siboldus de Burglin. Laici. Tammo de Lyzowe. Berchtoldus de Crepuwiz. Ministeriales nostri. Hermannus de Lybaniz et frater suus Heinricus. Petrus dapifer. Cōnradus de Lyptiz. 35 Bezelinus. Gunterus. Tidericus de Hoberch et fratres sui Cōnradus et Heinricus. Wernherus et frater suus Heinricus. Rudegerus. Onolfus et frater suus Engelbertus. Hugolt et frater suus Hartmodus. Otto advocatus de Bovc et alii quam plures.

Acta autem hec sunt anno dominicę incarnationis $\overset{\circ}{\underset{\circ}{M}}\overset{\circ}{\underset{\circ}{C}}\overset{\circ}{\underset{\circ}{LXXX}}\overset{\circ}{\underset{\circ}{V}}$, indictione i, presidente Romanę sedi domino papa Lucio $\overset{\circ}{\underset{\circ}{III}}$, anno pontificatus ipsius $\overset{\circ}{\underset{\circ}{III}}$, regnante domino 40 Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto, anno imperii eius $\overset{\circ}{\underset{\circ}{XXXI}}$,